



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cura Salvtis, Sivæ De Statu Vitæ Mature ac Prudenter  
Deliberandi Methodus**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniae, 1716**

**VD18 13912755**

Sufficit mundum affectu relinquere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50144)

Ium subesse. Nullum deberemus statum amplecti, quia nullus est status, qui non aliquibus malè cesserit.

7. Dic proinde : In te Domine speravi, non confundar in æternum. Projice te in sinum Providentiae DEI. Optimus ille est ; nisi sciret tibi expedire hanc vocationem, non illam tibi dedisset. Illius nutum sequere, non errabis. Fiat voluntas tua.

Sufficit mundum affectu relinquare.

1. **U**T in rebus aliis, sic in salutis negotio, si sapis, id, quod securius est, eliges. Esto fluvium transnatare forte posses, mavis navi trajicere, quia non vis vitam temporalem periculo expondere; & cur velis æternam?

2. Deserere opes affectu, & non re, vix est possibile; eò ipsò, quòd te resolvere non possis ad eas re deserendas, sati ostendis, quanto in eas affectu duaris. Idem tibi esto judicium de honoribus & voluptatibus.

3. DEUS tibi vocationem ingerendo, voluit à te non solum affectu, sed re ipsâ mundum, & omnia, quæ in eo sunt, de-

deseri, proinde ad utruinque obligaris ;  
unum sine altero non sufficit.

4. Relinquere opes , honores affectu bonum est, sed nunquid easdem non solum affectu , sed re ipsâ relinquere melius est ? Cur igitur id in te amor DEI non efficiat ? ut qui propter te non solum affectu , sed re ipsâ cœlum , & in mundo opes, honores, voluptates deseruit. Tu quoque ejus amore ad idem faciendum te resolvâs.

5. Qui plus DEO dat, majorem ejus in se liberalitatem experietur ; plus autem procul dubio ille dat, qui & re , & affectu omnia dat , quam qui res ipsas sibi reservat,

6. Qui putant , se opes v. g. affectu deserere, cum tamen re ipsâ eas servent, graviter sœpissimè decipiuntur , & lacito in eas affectu feruntur , quem tardè nimis advertunt. Qui volunt divites fieri , incident in tentationes , & laqueum diaboli. Nemo satis prudenter se periculo tali committit , in quo scit , aut videt multos perivisse. Ista dulcedo rerum temporalium est quidam vicus , qui adeò tenaciter adhæreret , ut etiam affectum secum trahat. Facilius est voluptatem ignorare , quam desereret.

M

Mut-